

sub procuratore Johannis de Refellis Le-
gum Doctoris confirmare distulit, negli-
gentia tamen dicti Johannis, qui abba-
tis Monasterii Clapensis pro Benedicto
ejus filio perquisivit, memor illius; agri
propriis sitientibus, alieni irrigandi non
sunt. Gregorius autem de Arimino disce-
dens Utinum properat, contra quem An-
tonius Patriarcha Aquilejensis guerram
ingentem, et validam facit. Gregorius
inde discedens, Cajetam properat Cardina-
les, cum quibus et Antonius eundem Card-
nalem Sanctae Praxedis contra Gregorium
convocato Concilio, et citato Gregorio, et om-
ni papa Benedicto, ipsos, et ipsorum quemb-
bet privatos denunciant, et Papis Alexan-
dram V prius Petrum XII Apostolorum
Presbyterum Cardinalem eligunt, qui Alexan-
der Cretensis natione fuit ex progenie de Fi-
laris, et de Ordine Minorum. Qui Alexander
veniens Bononiam parvo tempore papatu
gaudens Bononiae dem extremum claudit,
et in Minorum Ecclesia Sancti Francisci
humulatur usque in hodiernum diem. Post
haec Cardinales se in Conclavi includentes